

nummum argenteum uidi Augustae Vindelicorum apud D. Joannem Jacob. Fuccher.

In una parte.

137. Augustus uidetur laurea corona honoratus, laeuo ore, cum nominis commendatione. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Templum Martis Ultoris sphaericum, multis ornatum Trophaeis in Zophori ambitu collocatis. In eo medio currus triumphalis positus est, quo supereminet sceptrum aquilatum, cuius clausu sublato quadrijugi equi supersiliunt. Hinc ind. s. 2. q. 2. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud Carolum à Porta.

In una parte.

138. Augustus conspicitur aperto capite, laeuo obtutu, cum nominis epigrapha. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Hippopotamus ad laeuam uiam incedit, infra. ind. x. Nummum hunc argenteum Lugduni apud Carolum à Portam conspicatus.

In una parte.

139. Augustus occurrit laeuo aspectu, uertice detecto, cum nominis breui encomio. AVGVST. DIVI F.

In altera.

Pannonia